Cum ista ... 17

quibus ... legatis ... quibus ... alia ... in ... preveis

(32)

284
219

Cum tam Divino, quam humano iure omnes Praepositi alicui muneri obligentur reddere rationem villicationis suae. et illi multo magis teneantur adstricti, quibus est animarum cura commissa, quod nulla aestimatione possunt damna ex mala administratione oborta resarciri, multis constitutionibus, tam sacrorum Conciliorum, quam summorum Pont. diversae poenae in eos statutae sunt, qui sui muneris obliti, extra suas Dioceses, ac saepe apud Principes saeculares, atque Ecc.cos vagantur, et omnes captant occasiones oves ipsis commissas deserendi. Quamobrem, cum olim tem[...] fe. re. Pauli III omnes Canones adversus non residentes, etiam ij, qui temporum iniuria in desuetudinem abierunt fuerint renovati; et hoc amplius fuerit decretum adversus eos, qui sex mensibus continuis a Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecc.a sibi commissa, abfuerint legitimo impedimento, seu iustis, et rationabilibus causis cessantibus, quod etiam prae. a S. D. N. Pio IIII dispositum est in litteris suis

284

dans prid. Non. Septemb. anno primo. Sancta
Synodus eorundem vestigijs inhaerens declarat, eadem
habere locum etiam in eos, ~~qui cum~~ qui cum
intra dictos quidem sex menses ad Ecclesias suas
venerint, non tamen ut tenebantur, in ijsdem perseveraverint. Legitimum quoque impedimentum seu iustas
et rationabiles causas absentiae S. Synodus esse declarat
Si quis a beatiss.o Papa vocatus (quod tamen ex
gravi dumtaxat causa, et quae eius praesentiam
ac industriam requirat facturum confidit) quam
diu apud eum fuerit aut quocunque in loco, seu
munere S.tas sua eo uti voluerit modo, ipse vocationem
hanc non procuraverit. Si quis Synodi causa
generalis, vel provincialis, abfuerit. Si quis gravi
aegritudine extra Diocesim correptus, accessum
suum tantisper differre sit coactus, aut Diocesis
propria, ab hostili invasione, aut peste, aliove
gravi morbo, infestetur; dum tamen interim ex
absentia sua oves non periclitentur si impe-
ratores

[illegible] pest. / tenetur ponere [illegible] [illegible] / pastores et ad tempora periculosa [illegible] magis tenentur.

[Left margin:] Sufficit [illegible] canonizare per gratiam generale. [illegible] in posterum dispensationes [illegible] ut decipi et falli et errare [illegible]. / [illegible] in quo aliter / certum est [illegible] semper [illegible] non [illegible] ita loqui [illegible]. / [illegible] residentia [illegible] iuris divini ut semper sibi dispensandum.

[Left margin:] / [illegible] aliis membris [illegible] pie et religiose [illegible] quae magis in periculis [illegible] non ita [illegible] [illegible] personaliter... [illegible] pestis aut periculum. Vix per alium potest supplere aut [illegible] canonizari per gratiam.

(hec pcis) tm dare principibus secularibus hoc tantum posset cogere epis. Quia eius interest ut principibus
mini) nō potest auicere tu du principes vcun sen iubere residere. abstr ut hoc tā apte ponatur

Principibus interest [illegible] hos tas absentiis.. Tam et principes residere ... tā et [illegible] divino ut [illegible] et sibi a [illegible] [illegible]. et alios pas [illegible]..

zatoris, aut Regis, aut Rei P. cui subiectus est occasioñ 295
aliqua, non tamen administrationis suscipiendæ, aut mu„ 220
neris alicuius publici, priuatiue, alibi exercendi causa
ab Ecclesia amoueatur. si similis alia ratio idem postulet
quæ tamen ante eius discessum ex Diocesi, aut saltim
intra mensis spacium ubi subita proficiscendi necessitas
eum impulerit a S.te sua, aut a certis ab ea deputandis
Prælatis in scriptis sit approbanda. + Præter supradictas
aut causas si quis abfuerit, S. synodus declarat eum nulla=
tenus, ad quemcunque alium prætextum, aut occasionem proban„
dam debere audiri. Verum eo ipso non tantum amissione
fructuum, aliisque pœnis, de quibus in dictis constitutionibus
teneri, sed etiam inhabilem ad omnia officia, omnemque iuris„
dictionem exercendam, ac Ordinum, et beneficiorū collatione
reddi; + nec alium quemquam in sui locum sibi posse sufficere
pro dictis muneribus exequendis. Nullam præterea ei actioné
in quolibet iudicio tam Ecclesiastico, quam sæculari aduersus
quamcunque personam concedendam, + atque a mortalis pec„
cati reatu, quem incurrit a nemine in foro consciẽæ præ„
terquam a summo Pont. aut a confessore, quem ipse Epūs pœni
tentia ductus, atque ad Ecclesiam, ut re ipsa resideat reuersus,
intra Diocesim elegerit posse absolui.

Xbi [illegible] hos [illegible]

plus scripti hic [illegible] si [illegible] iuris diuini [illegible] [illegible].

UGR Biblioteca Universitaria

+ Ubi adimpleverit [illegible] ... reservatis juxta [illegible] ... [illegible]

[illegible] ... peccata retinere pec.a [illegible] ... [illegible]

Ad haec, ut facilius ijdem Epi residentes munus suum, ac commissi sibi gregis utilitatem possint exercere, praeter ea omnia, quae S.mus D. N. Pius iiii in praedictis literis suis datis prid. Non. Sept. anno primo eis concessa esse voluit; liceat eis in quibuscunq casibus sedi Ap.ca reservatis, praeterq comprehensis in bulla in cena Dni, delinquentes quoscunq sibi subditos per se ipsos in Dioecesi sua in foro consciae absolvere, siquando etiam beneficia, quaecunq non reservata ad eorum collationem spectantia, atq in mensibus sibi concessis [illegible] vacantia sint alicui contulerint illorum provisio nullis privilegijs aut facultatibus, sive indultis cuiuscunq legati, seu nuncij sedis Ap.ca aut alterius cuiuscunq dignitate praediti etiam si anterior fuerit illorum collatio impediatur. sed ceteris omnibus Epi provisio praeferatur. Insuper cum ijdem Epi, qui Patres pauperum sunt, ijs largius subvenire, et alijs ecclesiae necessitatibus occurrere possint, nihil posthac decimarum, subsidij, aut cuiuscunq oneris noie ab illis Epis prorsus exigatur, qui collectoribus, aut alijs officialibus pro tempore deputandis legitime quidem facient fidem, et actualem residentiam in Dioecesi exercere, quae fides ea duntaxat vice prosit, ac deinceps cum opus fuerit, renovetur. Ut

et

[Left margin: [illegible] ... casus bullae [illegible] ... absolvere [illegible] ...]

Ubi adimpleverit [illegible]

UGR Biblioteca Universitaria

Ut etiam aptius quem regunt populum possint in officio atq obedientia continere. in omnibg ys, quæ ad visitatione emendationem, ac morum correctionem spectant, ius plenu habeant, etiam tanq sedis Apl.cæ delegati, ea statuendi moderandi, puniendi, et exequendi, iuxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua, pro subditorum emendatione, ac Diocesis suæ utilitate necessaria uidebuntur; nec in ys, ubi de morum correctione agitur, ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad sedem Aplicã interposita executionem legitimam eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint quoquo modo impediat, aut suspendat. Non obstant quacunq exemptione, aut priuilegio

De Curatis quoq inferioribus, ac alys quibuscūq qui beneficium aliquod Ecclesiasticum in curam animarū habens in titulum, seu Comendam obtinent, eadem s. Synodus, quò facilius ea, quæ aliâs sub fe: re: Pau. iii. de his decreta sunt, per Ordinarios exequi possint, constituit. ut quæcunq ysdem Ordinarijs prouidenda, ac ordinanda uisa fuerint aduersus Curatos non residentes, siue per uocationem, per

[Marginal note: ...qui non resi... ...qui ... ... dispensati ... reuocat... dispē... [illegible]]

editum, seu sequestrationem fructuũ, aut etiam privationem beneficij, sive alijs iuris remedijs iuxta praedictum decretum ea non suspendantur per iudicem appellationis, etiam in Rom. cur. nec revocentur, nisi post sententiam, quae transierit in rem iudicatam. Ut verò haec ubiq. locorũ usu celerius recipiantur S. Synodus quoscumq. Reges et Principes, ac Res P. hortatur, ac obsecrat, tanq. Ecclesiae Dei advocatos, assiduè invigilare; ut si quos forte in Regnis, ac dominiis suis Epos ab Dioecesibus suis abesse contigerit, eos quam primum Summo Pont. referre studeant qui pro Cath. ecclesiae cui praeest, utilitati hęc quae S. Synodus constituit, executioni mandare absq. ulla exceptione, per Ecclesiasticos ministros curabit

Porrò, tam Decretum Eoc. q illud, quod tempore Pauli III. factũ est, eadem Synodus quotannis non tantum in singulis Ecclesijs Cathedralibus die 2.a Januarij, dum ibi missa maior celebratur, mandat publicari; sed etiam in Cancellaria curiae Ap.ca eodem mense Januarij cum prima Cancellaria agetur. Cupit enim Eoc, quod ad Ecclesiasticam

disciplinam restituendam ac propagandam, est in primis necessarium, frequenter omnium auribus mentibusq. infigi, ut in posterum Deo iuvante nulla temporum iniuria, aut hominum oblivione aut desuetudine aboleatur :—

6 fol.

UGR Biblioteca Universitaria

287

Ep. parmen. / frez. sete flor

Iniuria afferunt me non dixi nec cogitavi de adulatione nec verbum feci. tantum dixi ut coram deo scio me
non duci in meis dictis amore aut spe lucri. fortasse in auribus illius boni patris aut in conscientia
mea sonavit adulationem. aut verbum adulari / tamen ipse nos afferunt vafros et versipelles quia licet
velimus asserere episcopos esse ex iure divino dicentes nihilominus papam posse limitare eos. ut eo se
expedito postea negemus papam posse. quasi non sit papae explicare ius divinum et sacrosanc-
tae ecclesiae concilia. minime agemus nos his versutiis quas pius ille pater imaginatus est qui id
dei [illegible] divinum in patria ubi episcopi sunt constituti a christo et ex iure divino et nullis [illegible]
et obedientia sedis apostolicae / destinatur nunc vel non. / Hic cogitavi et tot doctores qui pro [illegible]
citantur et [illegible] errores. non [illegible] adhuc [illegible] religiosi [illegible] illum patrem [illegible]
intelligant et aliud sensisse verba [illegible] in [illegible] auribus [illegible] mea / tamen si [illegible]
scire non dicam aliud nisi [illegible] illius si in re [illegible] [illegible].

UGR Biblioteca Universitaria